Entstehungsort unbestimmt, 2. Hälfte 15. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35461
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



Liber

Et dixit dnus ad moysen
Adhuc vna plaga tangam
pharaonem, et egypto, et post
hoc dimittet vos, et exire co
gellet. Dices ergo omni plebi,
vt postulet vir ab amico suo, et
mulier a vicina sua, vasa argen
tea et aurea. Dnus autem dabit
gratiam populo suo coram egyptiis. Fuit
quoque moyses vir magnus valde
in terra egypti coram seruis phara
onis et coram populo. Et ait hec dicit
dnus. Media nocte egrediar in
egypto, et morietur omne primogeni
tum in terra egypti, a primogeni
to pharaonis, qui sedet in so
lio eius, vsque ad primogenitum an
cille, que est ad molam, et omne
primogenitum iumentorum. Erit que da
mor magnus in vniuersa terra
egypti, qualis nec antea fuit,
nec postea futurus est. Sed omne
filios israel non mouebit canis
ab homine vsque ad pecus, vt sciatis
quanto mirabilio diuidat dominus
egyptios et israel. Descendentque
omnes serui tui isti ad me et o
rabunt me dicentes. Egrede tu
et omnis populus, qui subiectus e
tibi, et post hec egrediemur, et
exiuit a pharaone ira nimis.
Dixit autem dnus ad moysen. No
audiet vos pharao vt multa
signa fiant in terra egypti. Moy
ses autem et aaron fecerunt omnia
ostenta, que scripta sunt coram
pharaone, et indurauit dnus
cor pharaonis, nec dimisit
filios israel de terra sua. Capitulum
duodecimum
Dixit quoque dnus
ad moysen et ad aaron.
Mensis iste vobis principium men
sium, primus erit in mensibus anni
loquimini ad vniuersam synagogam
filiorum israel, et dicite eis. De
cima die huius mensis tollat vnus
quisque agnum per familias et do
mos suas. Sin autem minor est
numerus, vt sufficere possit ad ves
tendum agnum. Assumat vicinum
suum, qui iunctus est domui
sue, secundum numerum animarum, que suf
ficere possint ad esum agni. Erit
autem agnus absque macula, mas
culus annicula, iuxta quod tol
letis et hedum. et seruabitis eum
vsque ad quartam decimam diem mensis
huius, immolabitque eum vniuersa
multitudo filiorum israel, ad uesperam
et sumet de sanguine ac po
nent super vtrumque postem, et in
superliminibus domorum in quibus
comedent illum. Et edent carnes
nocte illa assas igni et azimos
panes cum lactucis et agrestibus.
Non comedetis ex eo crudum, nec
coctum aqua, sed assum tan
tum igni. Caput cum pedibus eius et
intestinis vorabitis, nec re
manebit ex eo quicquam vsque mane,
si quid residui fuerit, igne com
burietis. Sic autem comedetis
illum. Renes vestros accingetis
calceamenta habebitis in pedibus,
tenentes baculos in manibus, et
comedetis festinanter. Est enim
phase id est transitus domini. Et ego
transibo per terram egypti illa nocte,
percutiamque omnem primogenitum
in terra egypti, ab homine vsque
ad pecus. Et in cunctis dominibus
egypti faciam iudicia ego dnus.
Erit autem sanguis vobis in
signum in edibus in quibus eri
tis, et videbo sanguinem ac
transibo vos. Nec erit in vobis
plaga disperdens, cum percutiam
terram egypti. Habebitis autem